



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

4. Eiusdem in bello audacia, & fortuna.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45701

202 Cap. XXI. Sept. morb. causa, piculis se exponentiū temeritas,
cū liceat vitare, ne eat. Maximilianus eo ingenio fuit, vt peri-
cula mallet experiri, quā amoliri.

IV.

Vt igitur in Maximiliano perspicuum esset, plus posse cer-
uorum exercitum, duce leone, quā exercitum leonum, duce
ceruo; apud Salinas, in Burgundia, quingentis leuis armaturæ
militibus, Gallorum sex millia, & quidem cataphractorum ceci-
dit. Nempe Domini exercituum hæc est potentia, vt paruis ma-
gnos, & paucis multos possit sternere, si in eius Nomine pugna
ineatur. Sic humilia exaltantur, & excelsa humiliantur. Vicit
gigantem Dauid; Madian victus est à Gedeone in trecentis viris.

Iudic. 7.

4. Reg. 19. 35.

2. Reg. 14. 6.

Vnus angelus, vna nocte, percussit in castris Assyriorum centum
octoginta quinq; millia. Quia, vt dixit Ionathas, non est Domino
difficile saluare, vel in multis, vel in paucis. Quod si & illi crede-
rent, qui cuius rumori credunt fingenti, magnas, ad exercitum
hostilem copias accessisse, non toties frustra trepidarent. Animo

Pirkaimer in
laude Ger-
maniz, &
Ducum Sa-
xoniz.

fortiore fuit Maximilianus, qui, teste Pirkaimero, nouem totis
annis, contra varias gentes belligerans, numquam castra è cam-
pis in hiberna duxit; quocumque venit, vidit & vicit, & ad e-
ipsum etiam Philippum Palatinum, cum liberis, supplicem atq;
ad genua sibi procumbentem triumphauit. Nimirum & fortitu-
dinis est, vulnera, & mortem contemnere, pro patria; & fiducia
magnæ in Deum argumentum, cū aliquid audendum est, peri-
cula non aestimare, sed dicere: *In Deo meo transgrediar murum.*

Psal. 19. 30.

V.

Et hæc quidem vir fecit: Iuuenis nihil inausum reliquit.
Apud Brabantos, in venatione, occurrentem sibi, intra duorum
collium angustias, ceruum, iamque vel insilire in aduersum Im-
peratorem, vel transilire parantem, stricto gladio confossum in
terram retrorsum coniecit. In Sueuia, vsam solus cum catulis
suis, Arcade certior, interemit. Grauius periculum adiit in-
damarum venatione non solum tunc, cum niue conglobatâ in-
fra calceos, pedem firmare non posset, sed etiam aliàs vestigium
ferro pertinaciter retinente, donec ab altero eriperetur. Notum
est illud in Tyrolis, vbi è sublimi scopulo redeundi spes non erat,
& vnde nec dama quidem redire potuisset, cū humano sche-
mate cum Angelus reduxit. Monachij sexennem Leonem intui-
tus, & Samsonis recordatus, imitatione ritum illi diduxit nuda

Quid. lib. 2.
Metam.

manu,